## An à tempore, et re durante duratio distinguatur?

148. Alijs tuis quæritur an duratio sit aliquid realiter distinctum à re durante et tempore extrinseco. 1a sententia negat durationem superadditam rei duranti. Ita Doctor Eximius, et alij plures. 2a sententia tuetur durationem distinctam. Ita S. Bonaventura et alij. 3a docet identificari durationem cum actione productiva rei essentialiter successiva. Ita Cardinalis de Lugo cum alijs. Cum auctoribus 1a sententiæ sit nostra conclusio: non distinguitur duratio realiter ab existentia rei, et tempore extrinseco.

149. Probatur: Petrum v.g. coepisse tempore A est formaliter Petrum durare in tempore A; sed Petrum coepisse tempore A non dicit aliquid distinctum ab existentia Petri, et tempore A: ergo Petrum durare in tempore A non dicit aliquid distinctum ab existentia Petri et tempore A: ergo duratio non distinguitur realiter etc. Maior patet et minor probatur ex eo, quod coexistentia duorum nihil aliud dicit nisi simultaneam illorum existentiam.

150. Opat. 1°, et preoccupat solutio: presisé intellecto Petro et Paulo albis intelliguit Petrus simi-lis Paulo in albedine; similis, inquam, subjectivé et ut quod pro sua entitate; quia Petrus est, qui dicit similis et intelliguit similis formaliter aut saltem fundamentaliter ut quo et abstractivé pro utriusque albedine sine aliquo modo superaddito: ergo presisé intellecto Petro, existentia illius, et tempore A, intelliguit Petrus durans ut quod et subjectivé pro sua entitate, quia Petrus est, qui dicit durans, et intelliguit Petrus durans ut quo et abstractivé pro complexo ex existentia et tempore A absque alio superaddito entitati, existentiae Petri et tempore A.

151. Opat. 2° intelligatur Petrus existens, et spacium horae subsessivé transiens et nil aliud distinctum intelligatur; sed tunc Petrus eo presisé intelliguit durantes in illa hora; si quidem intelliguit existens dum spacium transit: ergo duratio Petri in illa hora non est aliquid distinctum ab existentia Petri, et illa hora. Opat. 3° duratio in tempore est correspondentia [struck through] ad tempus; correspondentia autem ad tempus est solum coexistentia rei, et temporis; sed coexistentia nil est adequaté distinctum ab entitatibus, ut existentibus: ergo duratio nil est adequaté distinctum ab existentia rei durantis, et tempore.

152. Nota, quod ut res duret per mensem non requiritur, quod duret actualiter motum subsessivum anni sed sufficit quod ita existat, ut dum ipsa permanet fluat, vel possit fluere motus subsessivus Anni. Arguitur 1° extrema formaliter

indiff.ª ad djunctionem nequeunt se ipsis djungere; sed Petrus et tempus A sunt pariter indiff.ª ad djunctionem: ergo nequeunt se ipsis djungi: ergo ut Petrus djungatur tempori A et huic correspondeat indiget aliquo determinato distincto, et hoc est durare: ergo.

153. Distinguo maiorem: Extrema pariter indiff.ª positive ad djunctionem nequeunt se ipsis djungi; Concedo: extrema pariter indiff.ª logice, seu indiff.ª solum defectibilitatis; nego. Et in hoc sensu positiva ad djunctionem sunt illa, quae possunt dari quin djungantur: hanc indiff.m positivam habent ad unionem materia et forma. Extrema solum logice indiff.ª ad djunctionem sunt illa, quae nequeunt existere simul sine djunctione, possunt tamen utrumque desicere. × Ista maior, nego cons. Extrema indiff.ª ×

152. Sic Petrus dicitur indiff.s ad existendum, et Petrus et Paulus simul existentes dicuntur indifferenter ad coexistendum. Hinc cum Petrus et tempus A nequeant simul existere, quin djungantur, inde est, quod ipsorum collective sumptorum indiff.ª ad djunctionem non est physica et positiva, sed solum logica, atque adeo non indigent ad coexistendum aliquo determinativo distincto ab ipsis collective sumptis.

155. Nota hic 1.º non esse dubium, quod Petrus divisive a tempore acceptus ad existendum in tempore indiget aliquo distincto, scilicet ipso tempore: Inde partiale determinativum ad denominationem Petrus durans in tempore A est tempus A; et adaequatum determinativum est ipsum tempus simul et existentia Petri. Nota 2.º disparitatem inter durationem ac unionem, et ubi ex terminis materia et forma posset verificari haec propositio materia et forma existunt, quin verificetur ista, materia et

ptra sunt utrinque: et similiter posset verificari hec, Petrus et locus A existunt, quin vera sit ista, Petrus existit in loco A; nequit tamen verificari hec, Petrus et tempus A existunt, quin vera sit ista, Petrus existit in tempore A.

156. Argues 2º Antichristus est futurus, et simul est futurus dies crastinus; sed tamen Antichristus non existit cras: ergo ut cras ponatur, quin in alio tempore existat debet poni aliqua entitas ab utroque distincta. Confirmatur: vi revelationis qua Deus revelaret existentiam diei crastini, et existentiam Petri cognoscimus existentiam Petri, et diei crastini; sed tamen non cognoscimus Petrum cras existere: ergo duratio Petri est aliquid distinctum ab existentia utriusque. Distinguo maiorem: ut simul est futurus dies crastinus simultaneitate futuritionis, concedo; simultaneitate existentiae actualis, nego maiorem, quia Antichristus et dies crastinus non existunt simul, atque adeo Antichristus futurus non est cras futurus.

157. Hinc confirmatur sententia nostra: ut Antichristus et dies crastinus simul habeant futuritionem non requiritur aliud praeter utriusque futuritionem: ergo ut simul habeant existentiam non requiritur aliud praeter utriusque existentiam. Ad confirmationem distinguo maiorem: cognoscimus existentiam Petri, et diei crastini praecise ut ponendam, concedo; ut coniungendam, nego maiorem, quia solum cognoscimus existentiam Petri et diei crastini esse aliquando ponendam, non tamen ponendam esse simul. Unde posset Deus decernere

existenciam Pⁱ et diei diei presentis, quj discernat existenciam Pⁱ tpore presenti abs nequit decernere existenciaj Pⁱ correspondentes diei presenti, quj discernat existenciaj Pⁱ die presenti. 

158. Argues 3º voluntas conservans amorem Dei per plura instantia plus meret, quasi illu pt unu aut duo tantu conservaret: q haues in sua potestate nobam productionem, et durationem amoris; sed hec noba duratio ē ipse amor; g.ª hic ē idem in omnibus illis instantibus, et duratio hodierna amoris n̄ ē duratio hesterna illius: q productio amoris subsessiua existentiaª ab illa productione ē illa duratio noba: g.

159. Dissº entimemate, distinguo subsumptum; sed hec noba duratio n̄ ē ipse amor adequate se precise sumptus; Ddo: ut Ddistinens tpori, et huic correspondens; ngo m, et cog. Voluntas plus meret eo, quod potuerit cessare ab amore Dei, et liberé non cessari; (ad hoc autem n̄ requiritur ad hoc autem autem n̄ requirit nobus intrincé amor, nec noba intrincé actio, sed sufficit actio denominatibé noba sufta denominatione ā tempore subsesiuo, cui nunc actio coexistit, et antea n̄ coexistebat, sufficit etiam, g.º in potestate voluntatis sit existenciaª amoris, et si n̄ sit existentiaª tporis.

~//~//~//~//~//~//~//~//~//~//~//~//~//~//~

~//~//~//~//~//~//~//~//~//~//~//~//~

~//~//~//~//~//~//~//~//~//~//~//~

~//~//~//~//~//~//~//~//~//~//~

~//~//~//~//~//~//~//~//~

# Subsectio 3a

## An non sit contra conceptum essentialem creaturae esse ab aeterno.

160. S. Physicorum aliisque in locis Mundum aeternum sensit Aristoteles, non tamen ingenitum, ut asseruerant aliqui Pithagoristi, sed productum quidem a Deo per naturae necessitatem operante. Errorem hunc contra Aristotelem docet fides divina. Mundum non ex necessitate naturae operatus est Deus, sed summe libere: Creavit enim Deus non ex indigentia aliqua, aut ex necessitate sed ex mera liberalitate, et libertate ponit quidquid extra se ponit. Nec Mundum ab aeterno produxit dicente Scriptura in 1o Genesis: in principio creavit Deus Caelum et terram. Et cap. 17 Joannis dicitur: clarifica me Pater, claritate quam habui antequam Mundus esset.

161. De Fide est Mundum habuisse initium. Potuisse vero initium habere, videtur demonstrabile rationibus ex contingentia ipsius Mundi, atque ex Dei libertate. Nunc veritate divina de eo, quod non fuerit Mundus ab aeterno, subjicitur disputationi, an potuerit fuisse ab aeterno, ita Deo producere decernente. Et cum Mundus res

ɔplectat permanentes alias, alias subsessivas ꝫ utrisq.ᵉ queritur.

162. Res permanentes vocamus, quæ suas omnes partes habent simul existentes: subsessivas, quæ non omnes simul existentes, sed alias priores alias posteriores. DDoct. aliqui ita existimant oppositum ɔceptui creaturæ esse ab æterno, ut asserant, Mundum neq.ᵉ quoad res subsessivas, neq.ᵉ quoad res permanentes potuisse esse ab æterno. Alij è ɔtrario docent, potuisse esse ab æterno quoad utrasq.ᵉ Alij mediū tenent viā, negant subsessivis, permanentibus autē ɔdunt potuisse esse ab æterno.

163. Ratio nostra sit cū 2.ª sent.ª quæ tenet cū multis P.ʳ Benedictus in lib. 5. Phicorū quæ. 1. cap. 2. et 3. et pro qua D. Thomā allegat tunc 1. p.te. quæ. 46. artic. 2. tunc opusculo 27. fere totū; tunc etiā in 2.ᵒ dist. 1. quæ 1. artic. 5. in corpore ad 3. et 5 atq.ᵉ. Notat vero ipse Benedictus Thomistas aliquos dubitare de mente D. Thomæ quoad res subsessivas: immo et trahere ipsū, ut impossibilitatē asseruisse videat.ᵘʳ

164. Hæc igitur ɔclusio esto: non repugnat ens creatū sive permanens sive subsessivū existere ab æterno. Sensus respondendo ad quæst.ⁱˢ titulo, non esse ɔtradceptū essentialē Creaturæ, quod sit ab æterno. P.ʳ V.ᵒ ex neutra parte ɔtrarius sequitur aliq.ᵃ ɔtradictio, ut ɔstrabit ex solutione oppositorū: quod 1.ᵃ P.ᵒ p.tes est ꝫ Creatura permanente: nec quod causa deveat producere effectū, nec

quod Creatura possit non esse probat, ens creatum permanens non posse existere ab aeterno: ergo

165. Antecedens distinguitur nec geminum caput assignari hic solitum: unde salvum manet consequentia firmato antecedenti. Firmatur consequentia ad 1.um partem: quia causa non debet effectum tempore precedere, sed contenta est cum precedentia naturae: ergo nulla est repugnantia, quamvis et causa, quam effectus sint ab aeterno. Firmatur quoque consequentia ad 2.um quia quod Creatura possit non esse, non est quod exigat esse post non esse ipsius essentialiter precedens; sed tantum est, quod ipsa sit contingens: bene tamen componitur cum contingentia, quod valeat ab aeterno produci ut est manifestum: ergo

166. Probatur 3.o a paritate: quia non repugnat ens creatum sive permanens, sive successivum existere in aeternum: ergo Nam consequentia neque est intelligibile, ut bene hic inquit Pater Nicolaus Martinez, quod Angelo repugnet existere ab aeterno, et non repugnet existere in aeternum; esto non vis quidem est argumentum, quod impugnet aeternitatem in ante, quod equalibi non impugnet aeternitatem in post. Stat pro antecedenti, quod divina fide docemur Angelum et animam rationalem stituros in aeternum. Stat etiam, quod non implicat multitudo dierum ita sibi succedentium ut post quemlibet sequatur alium, quam det ultimum: ergo non implicat ens successivum existere in aeternum.

167. Contra hinc consequentia ista deducitur ponte successivo ab aeterno: quia neque implicat multitudo dierum ita fluentium, ut ante quemlibet precedat alium, quam det primum.

Notandu hic est, n̄ contradicere huic doni Autho ritatem SS. P.P. plurimas, quas nobis oponunt contrarij; nq uel tantu negant cuilibet Creaturæ perfectā æternitatē ppriā Dei vel solū æternitatē n̄ deperente Creaturā ex Dei arbitrio, vel, supposita fide negant æternitatē Creaturis de facto existentib. 130.

168 Hinc male inferes ex P.P. q̄d si Creatura ēēt æterna, foret Deus; n̄ enī æternitas quælibet ē perfecta, Deiq̄ ppria. Audi S. Augustinu lib. 12. de Civitate. cap. 15. loq. de Angelis: p̄ hoc et si semper fuerunt, Creati sunt; nec si semper fuerunt, ideo Creatori coæterni sunt, ille semper fuit æternitate immutabili; isti autē facti sunt &c.ª Ubi perpendas licet, de mente Augustini bene deponi fuisse semper et esse Creatū: iq fuisse semper, et n̄ ēēt Deo coæternū p̄ æternitatē immutabilem, hoc ē, necessariā et n̄ libere communicatā.

# Subsectio 4ª

## Oposita Argumenta rejiciuntur.

169. Oponis 1. si repugnat Creaturā esse pduci et ex nihilo fieri; sed Angelus v.g. pductus ab æterno n̄ pduceret ex nihilo fieri: ergo. Probat: q̄d alqi dat ēē

p.ª electionem necessario supponere illud sub non esse;
sed Deus p.ª electionem dat esse Creaturæ: ergo illa
supponet sub non esse, et consequenter sub non esse ab æterno. Ad
argumentum respondeo distinguendo maiorem ex nihilo sui præ
cedente; nego: ex nihilo sui possibilitatis tali; concedo.
Distinguo etiam minorem: Angelus ab æterno productus non produ
ceretur ex nihilo sui præcedente; concedo: ex nihilo sui possi
bilitatis tali; nego minorem, et consequentiam.

170. Semel ac enim ab æterno
existens potuerit ab æterno non esse, manet in esse
Creaturæ. Esse autem ab æterno non bene componitur cum produc
tione ex nihilo præcedente, sive cum productione ad
quam præcesserit nihilum rei productæ: componitur tamen optimé
cum eo, quod res ab æterno existens potuerit non exsistere
ab æterno; et hoc est, quod res ab æterno producta, produ
catur ex nihilo sui possibilitatis tali. Ex his respondeo brevius
confirmationi distinguendo maiorem illud supponet sub non esse præcedente;
nego: sub non esse possibilitatis tali; concedo maiorem sive supponit
illud posse esse, vel non esse. Minor concessa, ex dictis dis
tinguendum est consequens.

171. Opponitur 3.º: repugnat creatura
essentialiter petens esse ab æterno; sed actio, qua produce
retur Creatura, peteret essentialiter esse ab æterno, ut
potentia essentialis ratio producendi ab æterno: ergo talis actio
repugnat. Ad argumentum respondeo nego minorem, et rationem adjunctam.
Actio, qua Creatura produceretur ab æterno, esset ratio
essentialis producendi, non vero producendi ab æterno.

172. Potuisset enim
eadem ipsa non ab æterno, sed in tempore poni. Hinc et

nitamur ex actione non fore verè productionem; quia Creatura hoc ipso, quod produceretur ab aeterno numquam fuisset verè producta.

vH Opponitur 3.º si Deus ab aeterno produceret ignem stupamque apli catam, ignis ab aeterno comburerett, et non combureret stupam.

173 Combure ret ut pote causa necessaria sufficiens aplicata; et non combu reret; nam inde sequeretur, quod daretur ab aeterno productio stupae, atque destructio: quod manifesto implicat.

174. Resp.º verè hipotesis non esse necessario admitendam, ut defendatur Creatura exis tens ab aeterno. Sed admissa, resp.º quod si loquamur de productione, et combustione successivis minime, sed perma nentibus aut simultaneis, ignis non combureret ab aeterno stu pam: quia haec non posset comburi nisi presuposita existentia ipsius pro priori rali; si vero ita presuponeretur, sequitur necessa rio, quod combureretur ab aeterno.

175. Hinc comburi non possit stupa licet sufficienter aplicata igni, nisi postquam fuerit post aeternitatem: inquocumque enim instanti verificaretur, quod fuit verum quoque esset, quod jam fuerit post aeternitatem aperte ante, ut fore producta ab aeterno. Similiter dicendum est de destructione per manente cujusvis Creaturae productae ab aeterno. Nec hoc esset contra Dei dominium: quia non derogat Dei dominio, non posse conjungi existentiam cum destructione rei ejusdem. Possient autem conjungi, si combustionem non successibus, sed simultanea cum produc tione posset stupa ab aeterno producta comburi ab aeterno. Atque ex his facile assignabis disparitatem contra hanc argumen tationem: Creatura non potest destrui permanens ab aeterno: ergo neque produci.

176. Oponit. 4.º æternitas dierum a parte ante adversatur æternitati corporum; sed talis infinitas est impossibilis: ergo et æternitas dierum a parte ante. Probatur 1.º minor: nullum infinitum est pertransibile; sed talis infinitas esset pertransibilis: nam hodie jam de facto pertransisset: ergo. Probatur 2.º: infinitum habens terminum est impossibile; sed talis infinitas haberet terminum hodiernum v.g. diem, ultra quem non excurreret: ergo. Nego minorem; ad hujus probationem sub distinguo majorem: nullum infinitum est pertransibile transitu ponente primum et ultimum; concedo: non ponente primum et ultimum; nego.

177. Sic excipienda est eadem distinctione et concordanda. Infinitum dicitur impertransibile ut excludat ab ipso primum et ultimum, si sit infinitum ex utraque parte; ut excludat primum si sit infinitum solum a parte ante; ut ultimum excludat, si sit infinitum a parte post. Non vero dicitur impertransibile, quia nunquam possit verificari, quod jam præterierit, seu pertransierit. Unde æternitas dierum a parte ante usque in hodiernum diem propria infinitate gauderet. Ex hac eadem doctrina respondetur 2.º probationi, esse impossibile infinitum habens terminum ex ea parte, ex qua infinitum est; non vero esse impossibile infinitum habens terminum ex ea parte qua non est infinitum.

178. Oponit. 5.º: tot dies potest Deus posuisse in æternitate a parte ante quot potest ponere in æternitate a parte post; sed in hac non potest ponere dies infinitos, ita ut dici aliquando possit, jam positi sunt infiniti: ergo neque in æternitate a parte ante. Omissa majori propter illos terminos tot quot, qui nimirum finitum videntur designare, et concessa minori propter cognitionem, distinguo illam nisi ex eo perspicitur, quod licet infiniti sint dies unius,

et etiam dies alicuius aeternitatis; nam tamen aeternitatis a parte post est, quod numquam pertransierit; et aeternitatis a parte ante est, quod pertransierit.

179. Unde si pariter bene desumenda est ab una ad aliam, servandi sunt tres futuri ex preteriti et exclusio ultimi in una, principij in alia, dicendumque quod sicut in in aeternitate a parte post dies determinate, et absolute futuri, ita sunt infiniti, ut non detur ultimus; sic in aeternitate a parte ante dies determinate et absolute preteriti ita sunt infiniti ut non detur primus.

180. Opponitur

6º repugnat aliquid produci et destrui ipsum ab aeterno; sed si eius subsessibus posset existere ab aeterno ab aeterno produci et destrui, posset: ergo. Constat minor quia existeret, et simul non existeret. Maior probatur contra 2º pars: si eius subsessibus ab aeterno producatur non posset destrui ab aeterno, praeter entitas subsessive ut taliter possent existere simul; neque subsederet una alteri non destructa, quod implicat: ergo posse destrui ab aeterno.

181. Ut istud aliaque solvantur argumenta, observandum est rem produci ab aeterno, si nullum sit instans in aeternitate a parte ante, ante quod non sit producta; et rem ab aeterno destrui, si nullum sit instans in eadem aeternitate, ante quod non sit destructa. Deinde produci ab aeterno permanenter, si absque alternatione et subsectione productionis, aut destructionis res sit producta ab aeterno; et similiter explicari debet rem destrui ab aeterno permanenter; et hac autem destructione (quam supra insinuabimus impossibilem) sequeretur rem simul destrui, et etiam existere

eandē.

182. Alter, at produci, et destrui ab aeterno subsesive, sicut alternatione, subsectionevé productionis et destructionis sit (ab) ipsa ab aeterno. 9.d et potest cadere in ens subsesibus, quq permanens; et dissa tamen in eo, g.d permanens existat, et destruatur alternatibé 2.y omnes simul pres; subsesibus autem n 2.d omnes simul pres. Ig ad argutum disting. m.td repugnat aliquid produci, et destrui permanens ab aeterno; Ido: subsesivé; nego. Et sic: permanens produci, et destrui posse; nego: subsesive; Ido.

183. Ans probationis Ido, sin posset subsesivé destrui ab aeterno, sed assero posse, atque deuere si destrui. P.t disto ex proximé dictis. Pro alijs nota 1.o g.d in serie dierum ab aeterno (pariter et alijs entibus subsesiuis) tota collectio sive omnes collectivé sunt ab aeterno, subsesivé tamen; et similiter tota collectio negationum, sive omnes dierum negationes collectivé sumptae sunt ab aeterno subsesivé. Insuper nullus dies d. determinatur fuit ab aeterno, sedquilibet determinatus praecessere dies infinitos. ~~~ caeterum quilibet negatio diei determinati fuit ab aeterno; g.d infert claré ex hoc ipso, g.d nullus dies determinatus fuerit ab aeterno.

184 Id circo negatio hujus diei n fuit prius aut posterius, quam negatio alterius diei; destruitur tamen negatio prius hodierni diei, quam negatio crastini. Nota 2.o solere malé argui in hac materia a collectivo ad divisivum, ut p.t ex argumentatione ista apud omnes illegitima: nullus dies divisivé, sive

nullus determinatus durabit in æternum: quam omne collectivè non durabunt in æternum. Qua propter ut satisfiant contrariis rationibus frequentes esse debent in nostris responsionibus divisivè, collectivè, et parificas æternitatis a parte ante cum æternitate a parte post. Nota 3º quod licet dies ab æterno subsedentes usque in presentem diem significant infinitum categorematicum; cum hoc apud nos non sit impossibile, nulla inde contradictio eruitur entis subsessivi existentis ab æterno.

# Sectio 4.ª

## De motu, actione, et passione.

## Subsectio 1.ª

### Dividitur, et explicatur motus.

185. Philosophus hic lib. 3. cap. 2. ita motum definit: est actus entis in potentia prout in potentia. Duplex est potentia, activa scilicet, et passiva: Inde motus est actus correspondens potentiæ activæ, quatenus potest agere seu producere in passo, seu subiecto presupposito formam, quæ est actus correspondens potentiæ passivæ reperte in subiecto, quatenus potest pati, seu substentare formam ab agente productam. Igitur agens prout potens producere aliquid in subiecto dicitur potens movere, ergo secundo actu producit in subiecto dicitur movens; subiectum verò potens recipere aliquid dicitur mobile,

ex q.do actu recipit dicitur motus.

186. Actus correspondens potentiae activae est actuale exercitium producendi in passo; actus verò correspondens potentiae passivae est actuale exercitium recipiendi formam ab agente, quod est unio. Pro ulteriore explicatione motus, nota 1°, quod in def. motus de quo Phus, debet dari transitus physicus, seu physica mutatio, qua subjectum recipiat ab agente formam, qua antea carebat. Hinc reduplicatio illa prout in potentia denotat ipsum motum agentis in ordine agere, et subjectum in ordine subsistentare formam ab agente productam, atque adeò si subjectum antea habuerit formam, non motus, sed quiete diceretur.

187. 2.° quod de motu naturali nunc non distinguente intelligendus est Phus dicens

11 lib. 3. motus omnis mutatio est quaedam: nam si motus universaliter accipiatur pro actu, quo agens actu agit, et movet passum, et quo passum actu movetur ab agente, posset dari motus sine physica, et rigorosa mutatione: si quidem in 1.° Mundi conditione dabatur exercitium actualis recipiendi formam ab agente, quin daretur physica mutatio, qua non praeesset subjectum carens forma. Dividitur 1°. motus in formalem, et effectivum.

188 Effectivus est actio producens formam antea non habitam: formalis est unio formae non habitae. 2.° in positivum, et negativum. Positivus est, quo subjectum transit a negatione ad formam positivam: negativus est, quo subjectum transit a forma ad ejus negationem. 3.° in naturalem et violentum. Quos explicatos habes initio libri 2.i 4.° dividitur seu denominatur varie motus: alius est motus qui terminatur ad substantiam, et dicitur generatio; alius, qui terminatur ad qualitatem, et dicitur alteratio; qui fit ad majorem qualitatem

dicitur intentio, si ad m, remittio.

189. Alius ad quantitatem, et dicitur augmentatio seu accretio, cui oponitur motus, qui dicitur diminutio, quo scilicet deperdit quantitatem. Alius, qui terminat ad ubicationem, per quem corpus transit ab uno loco in alium, et dicitur motus localis. Aliud denique dicitur contrarius, qui terminat ad terminos incompatibiles contrarietate alterius, ut summus calor, et summa frigiditas. 5o dividitur motus in successivum, et instantaneum. Instantaneus est, cujus terminus in instanti totus aquiritur, ut productio unius gradus caloris.

190. Successivus est, cujus terminus per partes aquiritur ordine prioris, et posterioris, ut cum subjectum in 1o instanti aquirit unum gradum caloris, alterum in 2o et sic deinceps. Haec successio potest esse per se, vel per accidens, ut in exemplo caloris: per se quando terminus nequit simul aquiri, v.g. motus localis per spatium divisibile, quod nequit totum simul occupari. Motus successivus potest esse continuus vel discretus: continuus est, cujus partes continuantur sine intermissione.

191. Discretus est, cujus partes, ut si una post aliam sequatur, non tamen immediate, sed cum interruptione temporis. Motus successivus potest etiam esse circularis, vel rectus: circularis est ille, in quo mobile sepe percurrit idem spatium repetitis volutionibus, ut motus Solis quolibet anno idem spatium remetientis: rectus est, quo mobile semper aquirit unam partem spatii non decursi, quin reflectatur ad caput, unde motus incepit.

192. Rogabis an eadem entitas possit simul moveri motibus contrariis? Respondeo non posse naturaliter, et si

posit sup.^x naalis: q.^a incompatibilitas summi caloris cum summa frigiditate ē naalis invincibilis, ac si vincibilis sup.^x naalis. Dices 3.° eadem aa movet motu manus dextra sursum, et sinistra deorsum. Resp.° aa per 2.^3 inadequatam ubicaonem se movere sursum in dextera, et per 2.^3 aliam inadequatam se movere deorsum in sinistra; si qui pro adequata ubicao aa ē adequata ubicao totius Corporis, et sic non implicat, eandem entitatem in una pte sue ubicaonis ponere motum unum, et alium in alia; implicaret tamen, quod aa per 2.^3 adequatam ubicaonem Corporis poneret motum ~~infer~~ inferiorem et supremum.

193. Dices 4.° homo potest localiter moveri versus orientem motu Navis qua vehitur, et proprio motu potest moveri simul versus occidentem. Resp.° hominem illum, vel solum movendum penes illam ptem, penes quas fuerint major conatus, vel si equalis sit conatus penes utramque illum motum iri. Causa igitur, per majorem adhibeat conatum absolute ~~vicetis~~ vincet, et faciet hominem vertere ad illam partem, ad quam inclinat, licet propter conatum causae oppositae aliquantulum retardetur: magis enim homo accederet ad occidentem, si non impelleret versus Orientem motus Navis.

~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~

~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~

~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~

~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~.

||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~.

~||~||~||~||~||~||~||~||~.

~||~||~||~||~||~.

# Subsectio 2a

## Principia motus localis






194. Varie moventur Corpora ex varietate principiorum, quae sunt gravitas, et levitas, quarum naturam colligimus ex Philosophi definitionibus, quas tradit lib. 4. de Coelo per haec: leve est, quod a medio tendit in supremum; grave vero, quod a supremo tendit in medium. Gravitas igitur est qualitas debita Corpori determinans ad motum in centrum; levitas vero est qualitas debita corpori determinans ad motum sursum, id est, a centro. Gravitatem esse qualitatem distinctam a substantia probatur ex Eucharistia, in qua manet gravitas panis. Similiter dicendum de levitate. Hinc infertur motum gravium, et levium non provenire a generante ut docent Thomistae; quia saepe movetur lapis deorsum, et ignis sursum, quando jam non existit principium generans lapidem, vel ignem.

195. Quaeritur 1o an corpora gravia in centro locata gravitent? Respondeo negative; quia cum gravitas sit ad acquirendum centrum, hoc immediate vel mediate acquisito cessat finis motus, et cessat conatus gravitatis. Probatur: nam qui sub aqua maris est, non sentit pondus aquae supra se existentis, quam tamen extra mare positus in vase aliquo sustinere non posset. Quaeritur 2o si tales motus proveniunt a gravitate,

cur corpora inæqualis ponderis æquali motu ferunt deorsum?
196. Resp.
gravitatem posse esse majorem extensive vel intensive, id est, vel in eadem parte corporis sit major gravitas in uno, quam in alio, vel dantur plures partes habentes gravitatem? Si 2° modus eque velox erit in utroque. si 1° non erit, sed corpus illud velocius movetur, quod majoris gravitatis intensionem. Quæritur 2° an corpora gravia eque velociter moveantur deorsum in principio, medio, et fine sui motus? Resp. velocius moveri in fine, et hoc constat experientia: nam lapis decidens eo velocius ferit vehementius, quo majus spatium metitur.
197. Ratio est, quia in principio motus lapis solum movetur a sua gravitate, postea vero etiam movetur ab aere, qui cito accurrit ad replendum vacuum relictum a lapide, et imprimit aliquem impulsum lapidi, quo citius moveatur. Adducunt aliqui, lapidem citius moveri in fine, quia partes aliquæ lapidis in alias imprimunt impulsum.
198. Quæritur 3° quid sit impulsus, sive impetus? impulsus sic definitur, qualitas cito defectibilis, et natura sua ordinata ad motum localem. Dicitur cito defectibilis, per quod differt a gravitate et levitate, quæ petunt suam durationem. Dari hanc qualitatem constat: nam quando lapis sursum projicitur, motus ille non provenit a gravitate, quæ deorsum inclinat; si quidem ille motus nequit provenire a projiciente, qui potest immediate post projectionem mori nec ab aere, nam incredibile est, quod aer mollis immo et va

hemens possit movere globu tormentariu tanta vi, ut Muros dcutiat et 𝔔 demolliat.

# Subsectio 3.a

## De distintione actionis

199. Actio dmunis definit, determinatio actualis agentis ad agendu. Actio dicit productio, depend.a actualis effectus â causa, influxus cae in effectu, et causalitas cae efficientis. His terms explicat. Phi dicu, aliu, actione esse actu agentis qui actibu e. Sit 1.a Dtio: actio distinguit rrlis ab agente creato. Prob: 9.a nullu dat agens Creatu, cujus actione nequeat Deus impedire, manente fadu supernaaliz ipso agente. Idq argumtu fit ad pbandu actione educitibq. Q facto distingui ipaso et tro: nq lignu epifit, qui recipiat calore: q separat ab actuali exercitio recipiendi calore.

200. Simili calor effecte potest qui producat a tali causa: q separari potest ab actione, 9.a pducit a tali cãa. Hec pcedunt de tro n vitali; nq circa hunc e specialis difficultas.
Nota Rogabis: an sit possibilis cãa creata identificata cu actione educitiva? negative resp.o R.x entitas creata, qui esset eductio dtertis, et simul caa vel effect a Deo p.x se ipsa pstis vel p.x alia actione? n.d. 9.a implicat

actio actionis. Non sic quia entitas illa, quae esset educ=
tio, esset causalitas, qua Deus educeret suum term,
et supponeret subiectum sui, et sui tri: ergo non differret ab educ=
tione distincta a causa. Diueris: non esset causa. Ratio:
id solum est caa rei, a quo solum producit actio, qua res producit
sed a solo Deo produceret entitas illa, quae esset actio, et
quidem adequata, qua terms illius producit: ergo Dices: non
in probatione supponere impossibile esse actionem actionis,
quod negant plures. Resp. hoc non supponere ex omni
nissima doctrina, ita ut dicat P. Ruiz de volun
tate disp. 85. sect. 12. num. 14. esse generale prin
cipium Philosophorum desumptum ex Arist. et D. Thoma.

201\. Cratio:
actio non minus est ultima determinatio sui, ut proveniat ab
alio, a quo potest efectiue provenire, quam est ultima determi
natio, ut terms distinctus accipiat defectiue, vel fieri
a causa existenti; sed quia actio est talis ultima
determinatio terni sui tri distincti non est indiferens ad hunc
term ponendum, vel non ponendum aut ponendum alium: ergo quia
est ultima determinatio, ut proveniat se ipsa ab alio,
a quo potest efectiue provenire, non est indiff. ut proveniat vel
non proveniret ab hac, vel illa caa: ergo quaecumque actio est
ecentialis determinata, ut proveniat ab illa causa,
a qua re ipsa provenit: ergo non potest provenire ab alia caa
per actionem aliam.

202\. Hinc nulla est paritas ex unione
unionis, quia hoc omisso, conceptui unionis inter corp.
et aiam Xpti non repugnat metaphysica indiffa ad unio
nem cum altero extrem v.g. Verbo Diuino; actioni

vero terminat deceptus tam producibilis per aliquam actionem; quia est ultima determinatio adequata sui, ut existat ab hac determinata causa, a qua res ipsa provenit.

203. Dices: non est contra conceptum unionis posse uniri absolute aliis extremis praeter ea, quibus unitur se ipsa: ergo non est contra conceptum actionis posse absolute produci ab alia praeter eam, a qua oritur ut actio. Retorqueo: non est contra exigentiam physicam unionis posse uniri naturaliter absolute aliis extremis praeter ea, quibus naturaliter unitur se ipsa: ergo non est contra exigentiam physicam actionis posse naturaliter absolute produci ab alia causa praeter eam, a qua oritur ut actio.

204. Consequentia non admittitur ab Adversariis, nec debet admitti nisi vellint contra Philosophos omnes ferre sententiam. An detur in unione informationis, quae naturaliter unitur actioni ipsius producti, sive haec sit unica sui cum tuo producto, sive non. Omisso antecedente, nego consequentiam: neque actio illa terminata ad actionem neque esset adequata, neque inadequata. Nam respondetur quia actio adequata est illa, quae non indiget influxu alicuius causae, ut simul tamen existat, uti indigeret actio illa reflexa. Nam dicitur quia non est actio inadequata illa, quae indiget influxu alicuius causae adequato; sed actio illa reflexa indigeret influxu adequato causae directe producentis actionem reflexe producendam: ergo.

205. Sit 2a Assertio: omnis actio Dei ad extra distinguitur realiter ab ipso Deo. Ita communiter nostrates contra Thomistas, et Scotistas, quibus accedunt aliqui ex nostris. Probatur Deus dicitur omnia sua praedicata esse indifferenter ad producendum ad extra vel non; sed actio actualis non est indifferenter

ẽ, distinguitur realiter à Deo. Resp. actio actualis ẽ ulti-
ma determinatio ad producendum; sicut unio ẽ ultima deter-
minatio ad uniendum: ergo sicut unio n ẽ indiff. ad uni-
endum, vel non; ita nec actio actualis ad producendum
vel non?

206. Si dicas, plures SS. PP. docere, Deum velle ẽẽ facere, et Dei voluntatem ẽẽ potentiam rerum, hoc ita dici, quia Deo ita facilia sunt quæcumque vult ut ipsum voluisse Dei ipsum fecisse videatur. Rursus: per illa ostendit infallibilitatem et connexionem voluntatis efficacis cum opere, quia illi subest, cum voluerit posse, ut 12. sapientiæ.

207. Nota 1. quod licet omnipotentia sit actus purissimus in operando non ideo debet secum identificare ultimam actualitatem suæ lineæ. Ratio ẽ, quia omnipotentia solum debet identificare secum ultimam actualitatem, ex qua nullum sequitur absurdum. Inde cum absurdum sit identitas actualis productionis adepta cum omnipotentia, ejusdem identitas admittenda n ẽ; sicut ob similem rationem n admittitur identitas verbi cum unione ad humanitatem. Nota 2º. quod actio ẽ sui ipsius principium formale, et effectibus; nec ideo ẽ a se, sed ab eo agente producitur.

208. Rogabis: utrum actio distinguatur realiter à passione? ad resolutionem suppono, passionem posse 1º. accipi pro physica proprietate posse, ut ẽ calor in ignis. 2º. pro ratione formali, qua effectus actualiter producitur à causa. 3º. pro ratione illa, qua subiectum patitur sive substentat formam. 4º. pro solo exercitio causæ materialis ut talis. Certum ẽ, passionem

in 1.º sensu distingui ab actione. Co ad 3.m negative respondeo contra P. Lince, et alios. Ratio est: eductio est passio: ergo actio non distinguitur realiter a passione. Antecedens constat

|| ex Philosopho dicente lib. 3. text. 18: unus igitur amborum

|| (id est movendi, et moti) eque est actus, sicut eadem

|| via est Athenis ad Athenas et ab Athenis ad

|| Thebas.

29. Objicit 1.º ex P. Lince: eductio solum est productio formae dependentis a causa materiali, non formaliter, sed effective, et radicaliter, et passio est ratio formalis, qua dependet formaliter a causa materiali: ergo 2.º actioni, et passioni correspondet duplex effectus formalis terminus; siquidem actioni correspondet agere, et passione pati. 3.º actio, et passio constituunt diversa predicamenta: ergo debent realiter distingui. Ad 1.m nego antecedens; quamvis enim eductio sit effective formae, est etiam ratio formalis, qua ejus terminus constituitur formaliter dependens a causa materiali in esse, et conservari. Ad 2.m distinguo antecedens: correspondet duplex effectus formalis terminus, duplex materiale; concedo; duplex formale; nego antecedens. Ad 3.m respondeo, ad constitutionem diversi predicamenti non requiri distinctionem realem, sed sufficere diversos modos predicandi, et significandi ita ut extrema diversimode denominentur, ut constat ex D. Thoma 11. Metaphysicae lect. 9.

~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~

~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~

~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~

~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~||~

~||~||~||~||~||~||~||~||~||~

~||~||~||~||~||~||~||~

# Subsectio 1.ª

## De subjecto expecificativo actionis.

210\. Non e quest.º e subjecto actionis immanentisque debet recipi in subjecto immanens operante, saltem ut in subjecto partiali, sed de actione transeunte. Dico 1.º actio creativa recipit intra ter.ᵐ ipsum productum. Ita Dominicissima sent.ª et si aliqui negent. Ratio dicti: actio creativa e accidens: ergo debet recipi in subjecto, sed hoc subjectum aliud nequit esse nisi term.ᵘˢ ipsius: ergo. Dico 2.º actio eductiva transiens recipit in causa materiali ut in subjecto substentationis, et simul intra ut in subjecto receptionis. Ita etiam Dominici nostrates contra Dominici sent.ᵐ Scotistarum et Nominalistarum docentium actionem esse modum inanimum agentis. Probatur

211\. ex Ph. 3. text. dicente: agentis et moventis haec operatio in ipso paciente suscipitur, et infra: actio et passio non in agente, sed in eo quod patitur: ergo actio eductiva debeat esse in causa materiali ut in subjecto substentationis, patet quia debet substentari in illo subjecto, in quo substentatur ipsius term.ᵘˢ Non debere recipi in ipsius term.º ut in subjecto substen

tationis, sed receptionis pbr ex eo, q.d terminus nequit esse prior eductione atq.e adeo hęc nequit substentari in termino, sed solum recipi.

212. Ipsa ex D. Thoma 1. pte. qu. 18. artic. 3. ad 1.m dicente: inter actionem transeuntem et immanentem hęc est differentia q.d 1.a non est perfectio agentis, q.d movet, sed ipsius moti. Ergo si alicubi dixerit S. Doctor actionem esse in agente intelligendum est non de propria inhęrentia, sed latta, quatenus quęcumq.e forma extrinseca potest dici esse in eo, q.d denominat. Nota 1.o actionem esse actum agentis, et esse perfectionem agentis, quatenus est actus operatibus, non informatibus agentis, et quatenus est perfectio agentis de linea operativa, non vero informativa. Notta 2.o q.d licet agens creatum transeunter operans aliter se habeat, ac ante operationem, non ideo se habet intrinsece aliter, sed solum extrinsece, q.a independenter a receptione actionis agens reducit ad actum suę virtutis.

213. Dico 3.o creatio ut actio est, solum specificatur ab agente et termino. Non loquor de specificatione intrinseca actionis, q.d consistit in ipsius predicatis essentialibus, sed de extrinseca de q.o potest inferri diversitas specifica actionum. Ratio dicti: creatio ut actio est solum refertur, et conectitur cum agente, et termino: ergo solum specificatur ab agente et termino. Ratio cons.i q.a modus precise specificatur a terminis, quibus deconectitur, et quos modificat. Dico 2.o eductio specificatur ab agente, termino, et passo. Ratio est q.a cum his omnibus essentialiter conectitur, atq.e adeo variata specie agentis, termini, aut passi variatur specifice actio.

# 2plex Apendix.

## Sectio 1.a

### § De natura Cœlorum.

## Subsectio 1.a

### Utrum Cœli sint natura sua incorrupti,, biles.

211\. Communissima sent.a defendit Cœlos esse natura sua incorruptibiles. Pro sent.a opposita citat Eximius Doct.r tom. 2. in 3. p. disp. 58. sect. 2. Ambrosium, Catharinum, Franciscum Valesium, et alios, quibus favent aliqui S.ti Patres. Sit nostra

Conclusio: Cœli sunt natura sua incorruptibiles. P.a ex Sacra

|| Scriptura: nam Psalmo 148. dicitur: ipse dixit, et facta

|| sunt, ipse mandavit et creata sunt, et additur, statuit

|| ea in æternum, et in sæculum sæculi. Et Job. 37. dicitur de

|| Cœlis: solidissimi, et qui ære fusi sunt; quod de Cœlis

|| aere superioribus fere omnes interpretantur ut ait Doct.r Eximius lib. 1 de opere 6. dierum. cap. 3. num. 6. Consule citatum Eximium varijs solidantem incorrupti

bilitatis interiorum Caelorum. 200.

215. Contra hanc diminutionem generatim stat 1º locus difficilis D. Petri epist. 2. cap. 3. Caeli autem, qui nunc sunt, et terra eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem judicii, et perditionis impiorum hominum. Et infra: adveniet autem dies Domini, ut fur, in quo Caeli magno impetu transient, elementa vero calore solventur, terra autem et quae in ipsa sunt opera exurentur. 2º Isaiae 34: tabescet omnis militia Caelorum. et cap. 51: Caeli sicut fumus liquescent. Et cap. 65: Ego creo Caelos novos, et terram novam, et non erunt in memoria priora. 3º Psalmo 101: opera manuum tuarum sunt Caeli, ipsi peribunt. 4º Matthaei 24: Caelum et terra transibunt. Haec omnia et si nihil probent contra incorruptibilitatem Empyrei, ut certum videtur, ac contra incorruptibilitatem aliorum Caelorum videntur militare.

216. Ad locum D. Petri respondeo cum Communi Doctorum Caelos igni reservatos non esse Sidereos, sed Aereos. Quod ex iis idem Apostolus prius dixerat: latet enim eos hoc volentes, quod Caeli erant et terra de aqua, et per aquam consistens Dei verbo, per quae ille tunc mundus inundatus periit; sed cum hic solum possit loqui apostolus de hoc Mundo inferiori aquis diluvii inundato, et de Caelo aereo: ideo et alia verba de eodem Caelo intelligenda sunt.

217. Ex responsione ad hoc testimonio objecto colligunt Scholastici cum S.to Augustino ignem diei judicii ascensurum usque ad eum locum, quem aquae diluvii occuparunt, et non ultra progressurum; sed aquae diluvii

non occupantem Coeli etherei, sed aerei; siquidem aquae diluvij transcenderunt omnes Montes (ac proinde mediae Aeris regionis) quindecim cubitis: quare illa verba D. Petri, Coeli magno impetu transient intelligenda sunt de inferiori Aeris regione, quae velocissimo motu rapietur, qui motus fortasse secuturus est ex raptu et motione Coelorum inferiorum.

218. Nec obstant verba sequentia, elementa vero calore solventur; licet enim sub elementis Aer comprehendatur, potest tamen significari nomine Coelorum. Sic sub elementis terra comprehenditur, et de eadem postea dicitur expurganda. Pro alijs Scripturae locis explicandis. Suppono corpora Coelestia in die judicij innovanda quidem esse, et immutanda quoad aliqua accidentia, eadem tamen permansura quoad substantiam. Propter hanc accidentalem Coelorum mutationem in melius dicit Coelos perituros.

219. Sic expresse S. Hieronimus tractans illa Scripturae loca apud Epimiy: ex quo ostendit perditionem Coelorum non interitum sonare, sed mutationem in melius. Hoc ipsum late versat S. Doctor ad cap. 65. Isaiae, ubi adducens illud Psalmi: ipsi peribunt, tu autem permanes et omnes sicut vestimentum veterascent, et quasi amictum mutabis eos, concludit: in quo perspicue demonstrat naturae perditionem et interitum non abolitionem in nihil, sed mutationem sonare in melius.

220. Idem sentit S. Ambrosius exponens verba ipsi peribunt &c. pereunt, inquit, ab eo, quod sunt, dum immutantur in melius

Creaturæ. Idem sentit S. Epiphanius Hæresi 6ª: præte-
rit enim figura hujus Mundi, et non Mundus dictus
est. Sic sane more habent Scripturæ, ut perditionem
vocent mutationem in meliorem, ac pulchriorem prioris statum.
Similiter loquuntur plures S. P.P. apud citatum Cosmium
in 3. parte.

221. Hinc constat quid dicendum ad loca Scripturæ,
in quibus dicitur Cœlos perituros, quatenus mutabuntur
in melius, et recipient illustriores qualitates adeo ut novi
dicantur Cœli nobis. Hæc mutatio eveniet per majus gradum
lucis et claritatis incrementum, quod ut notat Cosmius
Docet non erit naturalis Cœli et Soli, sed supernaturalis
illis additus. Ratio est, quia Cœli sunt naturaliter inalterabiles,
ut pote incorruptibiles. Ideo dicit Philosophus citatus
â P.e Cornelio in loco D. Petri, omne alterabile
bile est corruptibile.

## Subsectio 2.ª

### Utrum Cœli sint solidi et animati.

222. Circa soliditatem Cœlorum 1.ª
sententia docet Cœlum Empireum esse natura sua fluidum. Ita
Ambrosius apud Cosmium Doc. 3 de opere 6. dierum lib.
1. cap. 6. ubi Genesis expositione 1ª. fere 1. do. et

Empireum esse solidum penes superficiem concavam, et convexam; esse tamen diffluentem penes partem mediam. Empireum esse solidum affirmat Eximius Doctor et plures alii. P. Tanner negat Caelos sidereos esse natura sua solidos, licet de facto solidi sint. Alii docent Caelum tam Stellarum fixarum, quam errantium et Planetarum esse liquidum. 2a sententia docet omnes Caelos esse solidos. Ita apud P. Peinado hic fere omnes Antiqui Philosophi et Theologi.

223. Dico 1. tam Caelum Empireum, quam reliquos Caelos esse natura sua solidos. Probatur ex illis Jobob. cap. 37. tu forsitan cum eo fabricatus es Caelos, qui solidissimi sunt quasi aere fusi. Respondebis 1. haec verba non esse Scripturae Canonicae, sed cujusdam Amici Jobo, cui postea respondit Job, stulte locutum fuisse. Contra est 1. quia teste Doctore Eximio haec verba fere omnes interpretantur de Caelis superioribus aere. Contra 2. quia Amicus ille stulte locutus fuit, quia existimabat sanctum Job ipsius peccatis vertebat; in caeteris tamen ipsius verbis mirabiles sunt sententiae.

